



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Domitii Plati Societatis Iesv Theologi, De Domini
Nostri Iesv Christi Passione**

Piatti, Domizio

Coloniae Agrippinae, 1610

De vulneribus crurium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49474](#)

esse: quod in Christo verificatū fuisse, manifestè patet in sacra syndone.

Tertio subsiste hic paulisper anima pia, & amplectendo sacratissimos hosce pedes, contemplare quomodo acutis & crassis clavis ad crucem conclauati fuerint, & per hanc confixionem, usque ad lacerati & cruentati, ut formam suam prorsus amiserint. Ex quo facilè cognosces in Christo Domino tuo fuisse verificatum illud quod de S. Iob dicitur. *Percusserit eum diabolus vobis.*

cere pessimo, à planta pedis, usque ad verticem eius. Et dum amoroso cum affectu sacros pedes consideras, contemplare simul animo compassiō, dolorū Domini tui summam acerbitatem.

De vulneribus crurium.

Considera primò à plantis pedum usq;^{i.} ad lūbos, sacratissimas illas tibias si-^{Vulnera}
ue crura, fuisse omnino liuida, & pelle nu-^{tibiarum}
data, à crudelissimis illis percussionibus, & coxendi-
quas ab vtraq; parte ad columnam excepe-^{cum Domini}
rant: quemadmodū rectè prophetauit Ie-
remias dicens. *Aedificauit in agro meo volēs* *Thren. 3.*
demonstrare ipsum fuisse à percussoribus
vndique cinctum, atque illos Christum
sibi quasi in signum, in quod iectus suos
collimarēt proposuisse, ut verificaretur il-
lud quoq; quod S. Iob. in spiritu pr̄euidit.

Iob. 16.
T 4 quan.

392 DE CORP. DOL. SALVAT.
quando ait. *Cōfregit me, & posuit me sibi quād
in signum.*

2.

*Secundō contemplare anima pia, quanti
cruciatus causa fuerint Christo, percussio-
nes & plagæ illæ crudelissimæ, in partibus
adeò neruosis & sensitivis: quādoquidem
placuit diuinæ suæ clementiæ, illas, proprio
sanguine, velut totidem characteribus, in
sacra sindone inscriptas & exaratas relin-
quere, ut animæ fideles in eorum notitiā
deuenirent.*

3.

*Tertiō intuere, quomodo immanissimi
illi leones atque tortores, exercendo cru-
delitatem suam in tibias & coxendices do-
mini, diuinum illud templum, sacrissi-
mi corporis eius omnino diruissent, & col-
umnas firmamenti confregissent, si ini-
sorum fuisset potestate; quia cernuntur in
tibijs vulnera quædam & plagæ tam la-
gæ & amplæ, ut propter ingentem sangu-
inis copiam, ex ijs scaturientem, sacrum il-
lud corpus ad summam quādam ariditu-
tem & siccitatem deuenisse necessarium
fuerit, iuxta illud Dauidis Propheta: *os
mea sicut cregium aruerunt.**

4.

Iob. 19.

*Quartō considera, propter has plagas
verificatum quoque fuisse in Christo illud
S. Iob. *Destruxit me vndiq., & pereo, & quād
auulsa arboris sustulit speciem meam:* quod
idem est ac si dixisset, quemadmodum à
radi.*

Psal. 101.

cibus arbores sustinentur, quæ illis eradicatis corruunt: ita quoque crura Domini, quæ totum corpus illius sustentabant, per plagas & percussionses crebras, ita fuerunt debilitata, ut sacrum corpus, quod est, vera vitæ arbor, radice priuatū esse, omnemque fortitudinem & formam perdidisse videretur.

*Quintò considera, quemadmodum arbores ut eradicantur & euellantur radicibus, prius undeque circumfodiuntur: ita etiam tortores Christi, ut euerterent atque in nihilum redigerent tibias eius, columnas nimirum & bases sacratissimi corporis, de quibus sapiens in Canticis Canticor. ait. Crura eius columnæ marmorea, Cant. 5.
qua fundata sunt super bases aureas: circum-
que illas crebris percussionibus tam
grauiter sauciarunt, ut etiamnum in sacra
findone, ea in corporis parte cernantur
quædam vulnera instar fossarum, non absi-
milia ijs quæ in sacris martyribus scorpio-
nes efficere soliti fuerunt.*

De vulneribus lumborum Christi.

CONSIDER A primò, hanc plagam I,
sacrorum Christi lumborum quæ vulnera
maxima fuit, propter continuam flagello-
rum repercussionem, non fuisse unicum
duntaxat vulnus, sed quendam vulnerum
T 5 cumu-